

ac nonnulli alii patroni et gubernatores navium, triremium, fustarum et aliorum nostrorum et S. R. E. navigiorum eorum substituti concessio- nibus sibi per nos factis uti nescientes seu potius ingratitude vitio excecati uti nolentes ac eorum temeritatis cornua extra eis datos limites improbe extendentes nonnullos christianos invaserunt ipsosque eorum rebus, bonis, navibus et navigiis indebite spoliaverunt ac alia plurima nefanda perpetrarunt propter que capitaneatu, admiratu, patronatu, gubernationis regimine et aliis ipsis commissis officiis merito privandi existunt. Nos igitur etc. (Le facoltà concesse ai nominati vengono riti- rate ed essi deposti). Dat. Rome 1456 decimo sept. cal. mai.<sup>1</sup> A° 1°.

*Reg. 442, f. 291. Archivio segreto pontificio.*

## 72. Papa Calisto III al generale, provinciali ecc. dell'ordine agostiniano.<sup>2</sup>

Roma, 4 maggio 1456.

Generali, provincialibus et ceteris quibus[vis] ministris ord. frat. predic. s. Augustini... vobis harum tenore committimus et in virtute s. obedientie mandamus, quod sine ulla mora quam citius fieri poterit sub excommunicationis et anatematis pena necnon sub ceteris etiam gra- vioribus ecclesiasticis censuris auctoritate nostra precipiatis omnibus et singulis ordinis vestri predicatoribus ubilibet terrarum existentibus, quod intermissis aliis quibuscunque materiis ad hoc sanctum et perne- cessarium opus cruciate universos Christifideles in cunctis predicationibus suis accuratissime exhortentur, incitent atque ad conferendam eidem operi pecuniarum aut personale vel aliud opportunum subsidium provocent ac inducant nec aliquid penitus praetermittant, quod intelligent expedire huic nostro apparatusui contra Turcos... D. IIII. maii A° 2°.

*Archivio segreto pontificio. Lib. brev. 7, f. 98-10.*

## 70. Papa Calisto III a Giacomo Perpinya.<sup>3</sup>

[Roma, ai primi d'agosto 1456].

Iacobo Perpinya. Vehementer nos recreavit, cum di[lecto] s[ic] illi camerario nostro cardinali apostolice classis legato ex Neapoli versus Siciliam te intelleximus navigasse. Non enim dubitabamus quin expeditionem eius facias accelerari versus partes orientales, in quo omni studio et cura labora; nihil enim gratius hac re facere potes. Optamus enim, ut illico cum classe ad Constantinopolim se conferat... Iterum igitur atque iterum tuam devotionem hortamur, ut omne tuum studium

<sup>1</sup> In *Regest.* 459, f. 212 è nuovamente inserita la bolla, ma colla data « duo dec. cal. april. A° II° ».

<sup>2</sup> Cfr. sopra p. 678.

<sup>3</sup> Cfr. sopra p. 693.